credunt verbo per mulierem conversacionem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore sanctam conuersacionem vestram. Quarum sit cultus non exterius capillatura aut ~~frucidacio~~ circum-dacio auri, indumenti vestimentorumque cultus. Cum certum sit tria esse genera hominum, quibus aureola debetur, hoc est martyres, virgines et prelatos, nullius horum exspers esse voluit. Martyribus aureola debetur, propter sanguinis sui pro Christo effusionem, virginibus voto vel desiderio propter carnis integritatem, prelatis propter predicacionem, omnes hos imitari studuit, martyres, ut dictum est, assidua afflictione, virgines voto continencie, predicatores, ut supra dictum est, non solum exemplo sancte conuersacionis immo eciam verbo bone exhortacionis. Non enim omnes virgines carne habebunt aureolam, velud ille que nubere desiderant et in illa voluntate decedunt. Sic a simili secundum testimonium beate Lucie virginis et martyris si aliqua votum et propositum habens virginitatis sine (?) passa corrum(pe)retur et sic deinceps caste vivendo de eadem corrupcione finaliter doleret, spero quod

+ mulierem ...

... rē
... fiant.
extius
... Cum
-ri
Imo
aliq
-pet
corrumperetur